



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

29 De electione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

DE ELECTIONE ^a ET APOSTULATIONE. ^b

TIT. XXIX.

^a *Tractatur de titulo de electione & electi potestate lib. 1. tit. 6. in decretalibus in Sexto lib. 1. tit. 6. in Clement. lib. 1. tit. 3. in decreto tota 61. 62. 63. 69 & alibi, in extrauagantibus communibus, lib. 1. & extrauagantibus Iohan. 2. tit. 1. est in iure etiam orientali lib. 1. constitutio 7. Alexii Comneni de electis ad orientales ecclesias.*

^b *De postulatione pralatorum, lib. 1. Decretalium, tit. 5. in Sexto, li. 1. extrauagantiū communium.*

CAPVT I.

- 1 *Continuatio.*
- 2 *Electio quid.*
- 3 *Et nominatio.*
- 4 *Et postulatio quid.*

¹ **E**xplanata collatione libera, agendum de Electione.

² Electio in genere, est delectus rerum aut personarum. ^a Eaue generali acceptione poterit comprehendi, collatio, nominatio, postulatio, & quæ singulariter dicitur electio: in omnibus enim istis speciebus deligenda est beneficio persona idonea, ^b sed alio atque alio modo, de collatione dictum est.

³ Nominatio affinis est postulationi, in iure Pontificio aliquando: verum quia non fit solemniter, vt postulatio, distinguitur a postulatione & electione. ^c Aliquando nominatio etiam similis electioni, & institutioni; vt quando olim clerici ordinabantur, quo tempore nominabantur ad titulum certæ Ecclesiæ. ^d

⁴ Postulatio, est concursus capituli vel aliorum petitis, superiori facta, de promouendo in prælaturam aliquo, qui propter aliquod impedimentum vel defectum (ob ^E quod tamen postulatus non est omnino inhabilis) iure eligi non poterat: ^e differt postulatio, vel in eo a nominatione, quod per postulationem vnus petitur; per nominationem quæ non tribuit ius, plures

nominantur, vt idonei: atque nominatio fit alternatiue; postulatio non vtique. ^f Differt, & postulatio ab electione, quod qui eligi sine aliquo impedimento possunt, non debent postulari: postulantur autem, qui sine aliquo impedimento non possunt eligi. ^g

^B Electio porro, prout a superioribus distincta est in specie, est alicuius personæ idoneæ ad dignitatem, societatem: fodalitiumve sacrum, canonicè, & seruata forma præscripta, facta vocatio, confirmatione superioris legitima approbata. ^h

SCHOLIA.

^a *vt in c. causis, 30. de elect. quod nos explicamus in tractatu nostro, de electione pluribus.*

^b *Siquidem & a collatore eligi debet idoneus, cui conferatur c. ex parte. penul. de cons. c. graue, 29. de prob. & in nominatione, qui ex pluribus censeantur magis idonei nominari debent vt elegantur, & præferantur. §. 1. de regia ad prælaturas no. in concor.*

^c *cap. 3. & ibi glossa. de postula. pralat.*

^d *ca. 29. contra sanctorum, 16. q. si. ca. neminem, 70. dist. ca. ei qui, §. definitiua, vers. nominat. 2. quæstion. 6.*

^e *Vide de hac finitione glossam, in cap. vnic. de postula. pralator. in Sex. Hostiensem, Panor. & alios ad rubricam eiusdem tituli. Postulant qui eligere possunt, vel omnes, vel maior pars. c. 3. c. fin. de postul. pralator. c. innotuit, 21. §. si. de elect.*

^f *Vide Iohannem Andream, & Imolam, ad c. bona, de postula. pralat. c. 1. eo. tit. in Sex.*

^g *Docet autem, c. penul. de postula. prala. qui prohibeantur eligi, & possint postulari. Prohibeturq; ideo forma eligendi illa, eligi in postulandum, & postulo in eligendum, & c. cap. 1. de postula. pralator. in Sexto.*

^h *Probaturs finitio, per c. cum in cunctis, c. cum Ecclesia Vulterrana, & c. quia propter. de ele. c. cum olim, de arb.*

CAP.

CAPVT. II.

Electionis ratione forma, diuisio.

Electio ratione ꝛ formæ diuiditur, a in eam quæ fit per viam scrutiniij, & eam quæ per viam compromissi, & eam quæ fit quasi per viam inspirationis Spiritus sancti. Scrutinium est, quando sigillatim & secrete vota seu suffragia eligentium inquiruntur & describuntur. *b* Per viam compromissi fit, quando electio faciendâ aliquibus viris idoneis committitur, vt vice omnium electorum Ecclesiæ viduatæ de pastore prouideant. *c* At quasi per viam Spiritus sancti electio est, quâ ab omnibus quasi per inspirationem diuinam aliquis eligitur sine vitio. *d*

SCHOLIA.

- a* c. quia propter. de Elect. Ista tres forma iure Pontificio receptæ, alia reiecta, vt illa quæ sorte fiebat. in c. fin. de sor. cap. non statim, & ca. non exemplo 26. qua. 1. videbis tamē aliquam speciem electionis frequentē inter monachos claustrales, de qua Boerius dec. 1. num. 6. & 19. videbis, & alias formulas exprimendi suffragia apud nos, lib. 50. Syntagm. c. 1. nu. 20.
b dist. c. quia propter, de electi. facit titulus de scrutinio in ordine faciundo. libr. 1. titul. 12.
c dist. c. quia propter, versiculo, vel saltem, cap. causam qua 8. ca. causis 30. c. cum dilectus 32. de electio. compromissi formula ponitur, in cap. cum expediat 29. de elect. alia & formula, in capit. cum olim 7. de arbit.
d dist. cap. quia propter, & cap. statnimus, §. his omnibus 61. distin.

CAP. III.

De quibus beneficiis fit faciendâ electio.

Electiua beneficia dicuntur, ꝛ quando facta electione præpositi, habenda est confirmatio superioris: a quæ etiam non dicuntur pertinere ad dispositionem cu-

A iusquam. *b* Contra collatiua, quæ post electionem seu collationem, superioris auctoritatem non exigunt. *c* Inter beneficia electiua ponuntur prælaturæ, summus Pontificatus, *d* Patriarchatus, *e* Archiepiscopatus, *f* Episcopatus, *g* Abbatia, *h* omnes collegiatarum Ecclesiarum præposituræ. *i*

SCHOLIA.

- a* Gloss. in Clem. quia contingit. §. autem, in verb. electionem, de religiof. domi. Riparius. lib. 2. respon. de rescr. c. 34.
b Clementina prima, de elect.
c Vide decis. Rota, decis. 23.
d c. vbi periculum, de elect. in Sext. ca. licet vitanda 6. eod. tit. apud Greg. ca. in nomine Domini 23. ds. ca. si quis Papa 79. dist. electio ibi fit per Cardinales.
e Eliguntur enim Patriarcha ab Ecclesiarum patriarcharum canonicis, nisi illa occupentur ab infidelibus, quo casu summus Pontifex ponit Patriarcham. capit. sancta Romana de elect. in extrauag. com.
f Vt in c. suffragantes 11. de elect. ca. Metropolitano 63. dist.
g c. cum in cunctis 7. de elect. ca. nosce 12. & seq. Episcopos 63. dist. alicubi tamen sublata sunt electiones prælatorum, vt in Gallia, & alibi, vt suo loco in materia beneficiorum docuimus.
h ca. fin. 16. q. 7. cap. Abbas, cap. Abbatem 18. quest. 2. c. indemnitatibus, de electione in Sext.
i c. 1. de electione, nisi aliter in fundatione, vel ex consuetudine obtineat, aut priuilegio. c. nobis, de iur. patron. c. cū dilectus de consecr. ca. congregatio. 16. q. fi.

CAPVT IIIII.

Qui eligant.

EX variis temporum ꝛ moribus eligendi pastores Ecclesiasticos, potestas aliis atque aliis concessa. a Aliquando quippe, & a clero & populo facta fuit electio: aliquando a solo clero, sed præ sente populo: b aliquando ad cohibendam hæreticorum

vim, adhibiti principes, seculares: *c* interdum & eligendi potestas data ob singularem beneficia in Ecclesiam collata ex privilegio: *d* quod ius postea quidam Imperatores remiserunt. *e* Placuit, & aliquando, interdicta summi Pontificis electione Imperatoribus, *f* eam permittendam tantum collegio Cardinalium, *g* reprobataque consuetudo & facultas data laicis eligendi, *h* & concessa clericis secularibus: *i* progressuque temporis rursus secularibus clericis ad seculares Ecclesias eligere, & regularibus ad regulares permissum fuit. *k* Et nouissime quibusdam principibus secularibus, in locum electionis concessa nominatio ad praelaturas: *l* Regulariter praelati debent eligi a personis congregationis suae Ecclesiae, ut Episcopus a suo capitulo; Abbas a suo monasterio. *m* Eligunt eorum nomine compromissarii, in quos compromittunt: *n* quibus tamen negligentibus eligere, redit ius ad compromittentes. *o* Quod si electores negligentes sint eligere intra tempus electioni definitum, deuoluitur ius ad superiorem. *p* Id ipsum fit si male, vel indignum elegerint: distinctione tamen adhibita, ut in Cathedralibus deuolutio fiat ad sum. Pontificem, in aliis ad alium proximum eligentium superiorem, *q* procuratorem etiam eligentium posse eligere, sed non semper placuit, *r* sequentium beneficii cuius praepositus haberet ius electionis. *s* Non eligunt autem impuberes, *t* furiosi, mente capti, *v* qui sibi successore vult eligere, *x* canonicus non constitutus in sacris ordinibus, *y* in regularibus Ecclesiis, non professus ordinem, vel laicus conuersus, *z* translatus ex alia regione. *aa* Item suspensus, *bb* excommunicatus maiori excommunicatione, *cc* haereticus, *dd* interdictus, *ee* qui indignum elegerit, vel non seruauerit formam eligendi, *ff* vel per simoniam elegerit, *gg* absens, contumax venire vocatus ad electionem, *hh* qui coacte eligunt, *ii* laici. *kk* Sunt & seruandi mores Ecclesiarum, quibus quidam ex consuetu-

A dine admittuntur, alii non, // quod seruandum nisi ius repugnet, *mm* quare consuetudo quaedam valet, ut ex consilio aliquorum aliqui eligant: *nn* ut aliquando eligant soli canonici, *oo* aliquando alii. Porro sufficit in electione probanda, ut electores alioquin bene eligentes, sint in quasi possessione eligendi. *pp*

S C H O L I A.

- B** *a* *Ut actor. c. 1. & c. 6. ca. Episcopus, 13. ca. si in plebibus 2. & cap. cleric. 26. cap. fin. 63. distinct.*
b *c. nolle, 12. & ca. cum longe 25. §. fin. ca. vota ciuium, 63. distinct.*
c *Dicto cap. vota 27. §. principibus, 63. distinctio. & ad sedandas turbas & seditiones in electione excitatas, can. hinc est etiam 16. q. 1.*
d *Ut in cap. Adrianus 22. & can. Synodo, 25. 6. distinct.*
e *cap. sacrorum, & ca. tibi domino 63. distinctio.*
f *In Synodo 8. sub Alexandro 2. & Basilio Casare orientis 1. actione. cap. 22. relata. in can. Adrianus 63. dist.*
g *cap. in nomine domini, 23. distinctio. forma subinde electioni addita a Gregorio 10. in capit. ubi periculum, de electione in Sexto: ut a Clemente quinto, in Clementina, ne Romani, 2. eodem titul. de electio. de varia electione summi Pontificis. Vnde Onuphrium Panninum in additionibus ad Plainam in vita Clementis 5. Interdixit secularibus potestatem eligendi, canon. Apostolorum 29. relatus in cap. 14. si quis Episcopus, 16. q. 7.*
h *Burchard. 1. decretorum, capit. 10. can. non est permittendum turbis, 6. distinct. cap. Massana 56. cap. sacrosancta 51. de electione per quam emendatur. cap. nobis, de iure patronatus.*
i *ca. obeuntibus, & can. sacrorum 61. dist. cap. 1. de electio.*
k *cap. in Genesi. cap. cum terra. cap. cum Ecclesia, & ibi glo. de elect.*

- l *Vi in Gallia regi per concordata, & titulo de regia ad pralaturas nominatione restituit tamen quodammodo Ecclesiis electiones, Carolus 9. in constitutionibus Blesensibus art. 3. sed non potuit illud seruari.*
- m c. *constitutus 47. de elect.*
- n cap. *causam qua 8. capit. in causis 30. cum similib. de elect.*
- o cap. *si compromissarius 37. de elect. in Sext. ubi obseruanda distinet.*
- p cap. *quamquam 18. de electione. in Sext. capit. cum singula 32. §. qui vero. de prebendis in Sexto.*
- q *Ditto capit. quamquam, de prebendis in Sexto.*
- r *Antequam quis tamen procuratorem ad eligendum suo nomine dare possit, tria requiruntur primum, ut qui dat sit absens, & in loco a quo debeat auocari: & secundo, sit legitimo impedimento prohibitus venire, & tertio, ut uni tantum de collegio eligentium vocem suam committat. cap. quia diuersitatem, §. illud. de electione. Explicatur in cap. si quis iusto impedimento 46. de electione in Sexto. & nos latius docuimus in annotationibus, dict. §. illud. cap. quia propter.*
- s *Notat gloss. prima. Innocent. & Hostiens. ad capit. examinata, de iudiciis, Paul. in Clement. unie. de sequest. in Clement. Rota, decisione 323. nota glossam, in antiquis.*
- t cap. *ex eo 32. capit. indemnitate 33. de electione in Sexto.*
- v *Gloss. ad dictum capit. ex eo, ad verbum, discretionem, & ibi Philippus Francus, de elect. in Sexto.*
- x *capit. 3. & 4. & capit. Apostolica, 8. quaestio. 1.*
- y *Clementina, ut si qui 2. de atate, & qualitate.*
- z *cap. ex eo. §. si. de elect. nisi in conuersis consuetudo sit recepta, ut admitantur. Innoc. in cap. 2. de institutio. Fredericus. in Concilio 107. per textum. in ca. & si Christus, de iur. iur. an.*
- A aa *Clementina prima, de regularibus.*
- bb *c. cum bona, de atate, & qualitate. c. cum inter. 16. §. si. de elect. c. cum dilectus, de consuetud.*
- cc *cap. venerabilem 34. de elect. ca. fin. §. nec eligere, de cleric. excommun. ministran.*
- dd *can. fin. causa 9. q. 1.*
- ee *c. cum inter, de electio.*
- ff *c. nosti, 42. §. qui vero. c. cum in cunctis 7. §. clerici sane, & c. innotuit 20. c. bona memoria 23. c. scriptis 40. §. final. c. ne pro defectu 41. de elect. cum similib.*
- gg *c. per inquisitionem 26. de elect.*
- hh *c. cum inter vniversas 28. cap. cum nobis 19. c. quod sicut 28. §. si autem, de elect.*
- ii *c. ubi periculum. §. cateru, de elect. in Sexto.*
- kk *cap. cum terra. c. Massana, de elect. cum similibus.*
- ll *cap. cum dilectus 8. & capit. Cumana 50. de consuetud. cap. cum Ecclesia, de causa possession. & proprietate. cap. abbate, de verbor. significa.*
- mm *ut in dict. c. Massana, de elect.*
- nn *cap. cum in veteri 52. de elect.*
- oo *c. cum Ecclesia Vulterrana. 21. de elect.*
- pp *c. querelam 24. de elect.*

CAP. V.

Methodus & forma electionis.

D Antequam de electione agatur, Ecclesia debet esse viduata pastore, a cum iusti possessoris beneficium alii dari non possit. *b* Neque erit ante sepulturam vltimi possessoris de electione tractandū, *c* Eo autem sepulto intrates menses a die vacationis, electio faciendā, si de pralaturis agatur, *d* si vero de aliis beneficiis, intrafex menses. *e* dum vero electio faciendā spectatur, interim alicui committenda, regenda vacans, Ecclesia est. *f* Mortuoque pralato & sepulto canonici vel electores qui aderint, debent se in capitulum recipere, ibique diem statuere, in qua facturi sint electionem, statimque literas cum expresse nuntio præscribere & mittere absentibus, diemque constitutam ele-

ctioni significare, vocandi quippe absentes, ne ex contemptu impugnent electionem. *g* si modo sine periculo Ecclesie vocari & expectari possint. *h* Debet eligi congruus locus electioni faciendae, & qui ut plerumque est capitulum, *k* vel chorus Ecclesie, *l* vel alius honestus. *m* Ante electionem missam audient. *n* Postea antequam eligant, tractatum habeant, *o* ibi enim prius solet nominari plures, qui idonei videantur beneficio, sub specie quadam consultationis facta collatione zeli ad zelum, meriti ad meritum. *p* Eliguntur & inter electores aliqui, qui sigillatim diligenter suffragia & vota scrutentur & prescribunt. *q* Vota autem debent emitti ab vno quoque de vno, certa, pura, sine conditione aut alternatiua. *r* Votis emissis, antequam electores diuertant ad extraneos actus, publicatio eorum fieri debet, & quia postea, res nec integra dicitur, nec suffragia mutare licet, *t* id ipsum & de postulatione dictum. *v* Publicatione deinceps facta in communi, si in duos vel plures fiat consensus diuersus, debet fieri inter illos collatio numeri ad numerum eligentium, meriti ad meritum electorum, & zeli ad zelum. *x* Et collatione facta illo modo, is eligitur, vnus in quem omnes, vel maior vel sanior pars eligentium consentiet, & electio statim publicatur. *y*

S C H O L I A.

- a* Modos vacandi tradidimus supra in collatione beneficiorum.
b cap. 2. & 3. de concessio. praben. cap. 2. & 3. eod. tit. in Sex.
c cap. 7. nullus in 2. 70. distinct. c. bona memoria. 36. de electio. Quod tamen de honestate intelligendum, nam alioquin, etiam si post mortem ante sepulturam fiat, non improbat, si modo aliud non prohibeat, ut notat glo. ad d. c. bona.
d c. ne pro defectu. 42. de elect. can. 11. postquam 50. distinct. capit. dilectus filius 12. de praben.

- e* c. 2. de concess. praben. §. de multa, de praben. subducto legitimo impedimento. cap. quia diuersitatem. de concess. praben. cano. 13. de Syracusane 12. distinct.
f c. nemo 15. ca. cum eo 34. de electio.
g c. bona memoria 36. de electio. si modo sint in pronincia. c. coram dilecto filio 3. eod. tit.
h c. quod sicut 28. de elect.
i gloss. ad c. & cum humana fragilitatis, ad verbum conueniant, de elect. in prag. sanct. c. quia propter. de elect.
B
k c. in causis. de electio.
l c. cum nobis olim, de elect. ca. qua frontem 25. de appellat.
m l. si cum dies, §. §. si arbiter. de arbit. P.
n in concilio Basiliensi relato in d. §. & cum humana fragilitatis, de elect. in prag. sanct. probat. & hunc morem. capit. 3. de causa possessio. lib. 2. cap. 2.
o glo. in ca. in nomine Domini, ad verbum, tractantes, 23. dist.
C
p ca. in Genesi, & c. Cumana, de electio. vide glo. ad ca. tuam nuper 8. ad verbum, tractatus, de his que fiunt a prelat. sine consens. cap.
q cap. quia propter, de elect. votorum expressio debet esse de magis idoneo & viliore Ecclesia, can. licet 8. quaest. 1. cap. constitutus. de appella.
r ca. 2. de elect. in Sex. inueni tamen in M. Alberti Argentinensis Chronico, dum agitur de electione in Pontifice Romanum Benedicti 12. qui ante dictus Blancus, patria Tholosanus erat, electionem illius factam fuisse cum hac conditione a Cardinalibus singulis. Ego N. nomino illum P. qui si esse non poterit, Nomino Blancum.
D
s dict. cap. quia propter.
E
t c. in causis, & cap. Ecclesia vestra, de elect.
v c. pen. & fin. de postula. prelat.
x d. cap. quia propter, & ca. Cumana 50. de elect. explicat collationem numeri ad numerum. cap. in Genesi, & cap. Ecclesia vestra, 48. de elect.
y dict. cap. quia propter. §. fin. de elect.

CAPVT. VI.

Qui eligi possint.

Nemo seipsum eligere potest, a nec eos qui per seipsum regere non possunt minores: b illegitime natos: c impedimento vel vitio corporis affectos, quo non possit ministerio inferuire: d crimine notatos, e schismaticos, f excommunicatos maiori, g vel minori, h excommunicatione, si moniacos, i homicidas, k periuros, l publicum aleatorem, m sacrilegum, n irregularem, o suspensum, p interdictum, q ambientem electionem, r habentem duo beneficia, s laicum, t usurarium. u Nec in abbatem vel priorem regularem eligi potest nouitius, non professus regulam beneficii, x nec ad aliquod beneficium, qui scientia & moribus non est commendabilis, y cum in summa, in electo exigantur mores probati, z irreprehensibiles, aa non curiales aut histriionici. bb

SCHOLIA.

- a cap. fin. de institutio. quia inter dantem & accipientem debet esse differentia, sic nemo seipsum presentat. capit. per nostras, de iure patronat. Si duo sint tantum in collegio reliqui, vnus alium in prelatum eligere poterit, quia in vno etiam ius collegii resideret. ca. 1. de elect.
- b c. eam te 4. & c. indecorum, de etat. & qual. ord. c. cum in cunctis, de elect.
- c cap. innotuit 20. de electio. dist. cap. cum in cunctis, & cap. presbyterorum 56. distinct. Dent. 23.
- d cap. exposuisti, de electio. cap. 2. de corpore vitia.
- e cap. 1. 85. distinct. ratio. in ca. omnipotens 4. de accusa. numerantur autem crimina prohibentia eligi in can. qui in aliquo 51. E distinct.
- f cap. quia diligentia tua 5. de elect. cap. nos consuetudinem 12. distin.
- g cap. postulasti 7. de cleric. excommun. ministran. lib. 5. tit. 27.

- A h c. si celebrat 10. de cler. excom. ministr.
- i c. Mattheus, de simonia.
- k c. ex lueris 10. de excess. prelat.
- l c. quarelam 10. de iure iuran.
- m c. inter dilectos, de excess. prelat.
- n c. venerabilem. eod. tit. de elect.
- o c. is qui, de sententia excommun.
- p c. cum dilectus. c. per inquisitionem, 20. & ibi gloss. de consuetud.
- q cap. cum inter R. de electio. cap. 1. de postu. prelat.
- B r cap. 1. de cleric. non resident.
- s capit. dudum, in 2. de electio. cap. execrabilis, §. qui vero. de prebend. in extrauag. Ioan. 22.
- t cap. 2. de institut. ca. ex lueris. de transact. cum similib.
- v cap. de Petro 47. distinct. ca. inter delectos 11. de excess. prelat.
- x cap. cum causam 27. de electio. cap. 22. in noua actione 16. quest. 7. cap. cum ad nostram 37. & ca. officium 38. de electio. ratio tractatur in ca. cum in magistrum 49. eod. tit. de elect.
- C y dict. c. cum in cunctis, & cap. nihil est 44. & cap. cum nobis 19. de elect.
- z dict. cap. cum in cunctis, & cap. 3. de elect. & tota 39. distinct. 1. ad Tim. 3. cap. indecorum. de etat. & qualitat. §. 1. quomodo oporteat episcopos. Nouel. 6.
- D aa ca. in sacerdotibus 61. dist.
- bb can. aliquantos 51. dist.

CAPVT. VII.

- 1 Qua sequantur electionem.
- 2 Confirmantis partes.
- 3 Consecratio.
- 4 Pallium.

Electione facta & publicata, ea quam citius fieri poterit presentanda est electo, intra octo dies: electus vero intra mensem, acceptare seu consensum prebere, vel recusare tenetur, alioquin iusto impedimento cessante, iure quod ei electione datur, priuatur. a Electio quippe causa est, vt prelatatus sit, quia ius tribuit, b

Ff

si is velit, alioquin non cogitur esse inuitus. *c. Vbi autem quis electionem de se facta acceperit, tenetur prosequi ius confirmationis d electionis a superiore intra tres menses, e alioquin priuatur & iure, subducto tamen omni iusto impedimento. f*

2 Confirmantis vero partes sunt, iterum de electione & electi sufficientia, vita & moribus inquirere. *g* Interim ante confirmationem nihil debet electus administrare nisi velit priuari suo iure: *b* excepta abbatissa, quæ interim administrare potest quamuis ante confirmationem aliquid alienare, vel monialem recipere nequeat. *i* Pendente hoc tempore confirmandi, agitur de appellatione, si quis ab electione vel postulatione prouocauerit. *k* Post confirmationem & ante consecrationem, iurat episcopus fidelitatem summo Pontifici, *l* de non alienandis & de conseruandis rebus suæ Ecclesiæ. *m*

3 Sequitur ita confirmationem *†* consecratio episcopi electi, *n* quæ differri non debet ultra tres menses a confirmatione, cessante alioquin alio iusto impedimento. *o* Initiatum matrimoniū spiritale inter prælatum & suam Ecclesiam in electione: ratum fit confirmatione, consummatur in consecratione. *p* In abbatibus loco consecrationis, est benedictio. *q* Post confirmationem ante consecrationem episcopus exercere potest, quæ sunt iurisdictionis, ut pote corrigere, excommunicare, iusiurandum exigere, beneficia conferre, & similia. *r* Quæ vero sunt ordinis non potest, nisi post consecrationem. *s* Qualia sunt, clericos ordinare, benedicere, virgines deponere, Ecclesias vel altaria consecrare.

4 Accedit *†* & postremo metropolitanis electis, confirmatis, consecratis, pallium: cuius petitionem differre non debent. *r* Et hæc hæc hactenus de electione deque rebus Ecclesiasticis dictum sit: transeundum est ad personas.

SCHOLIA.

a. c. quam sit, sexto, de elect.

A b c. sin. de elect. in Sext.

c cap. gesta, 2. & ca. ubi ista didicisti 74. distinctio.

d cap. postquam, dicto titulo, de elect.

e c. nostri, de electio. de maior. & obed. capit. 4. ne sede vacant. in Sext. confirmat episcopi electionem Archiepiscopus: archiepiscopi, Primas ca. quia agitur, & ibi gloss. 65. dist. cap. 5. de translatio. episcoporum exemptorum, electionem summus Pontifex vel legatus in provincia, capit. si abbatem 36. de electio. in Sext. vide quæ diximus, de confirmatione. libro 17. Syntagm. in eu. cap. 3.

f cap. quam sit. §. ceterum, & cap. cupientia, de elect. in Sext.

g c. nihil est 44. de elect.

h c. transmissam, cap. nostri, cap. qualiter, ca. cum in cunctis, capit. cum iam dudum, de electi. cap. auaritie eod. tit. in Sext. nec valet consuetudo contraria, capit. cum venerabilis frater, de consuet.

C

i cap. indemnitatibus 43. §. si vero, de elect. in Sext.

k de qua agitur. in cap. consecrationi. 8. de appellat. in Sex. cap. 1. cap. ut circa 4. cap. quamuis, 10. cap. procurator 38. capit. si quando 9. de elect. in Sext.

l forma iuramenti ponitur, in capit. ego. N. episcopus 4. de iureiuran. libr. 2. tit. 24. ca. dilecti filii, 13. de maior. & obedien. libr. 1. tit. 33. inrant id ipsum abbates, in benedictione. & alii prelati, & imperatores post electionem, iuxta formam Clem. Romani, de iureiuran.

D

m c. 2. de feudis, cap. per tuas, de donatio.

n cap. prouida, de electio. vide plura quæ diximus, de consecratione, libr. 17. Syntagma. cap. v.

E

o cap. 1. 71. distinct. capit. 2. cap. quoniam quidam. 75. distinct. cano. quoniam 100. distinctio. Quot vero episcopi consecrationi interesse debeant, tractatur tota 64. & 65. distinct. cap. quod sedem, de officio ordinarii. De forma consecrandi. & ca. 17. distinct.

p cap.

p capit. licet 4. de translatio. episcop. capit. A s dicta glossa final. capit. transmissa, & te-
 rina, de his que sunt a prelat. sine consens.
 capit.
 q de qua in Clemen. 2. §. statumus, de statu
 monach. cap. 1. de supplen. neglig. prelat.
 lib. 1. tit. 10.
 r Gloss. fin. in cap. transmissa. de elect.

t c. quod sicut, de electio. & de pallio. in cap. 1.
 2. cap. ad honorem, cap. ex tuarum, & toto
 titulo. de auctorita. & v. se pallii. & in ex-
 tranagante vnica. eod. tit.

PARTITIONVM IVRIS

PONTIFICII SEV CANONICI, QVÆ INSTAR SYNTAGMATIS

specialis totius iuris Ecclesiastici sunt,

LIBER SECVNDVS.

DE PERSONARVM

consideratione ratione

Sexus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Continuatio libri, quidue persona.



Xplicatis rebus, quæ hominum
 causa factæ & creatæ sunt, a ordi-
 nem constitutum persequen-
 tes, de personis, priusquam de
 iure, quod personis, debetur, b agamus,
 cum omne ius earum causa constitutum
 sit. c Hic personam pro homine accipi-
 mus, d omittis aliis significationibus de
 quibus alibi. e

42. de administ. & peric. tut. lib. 26. P. tit.
 7. l. iustissime de adilitio, edict., Pandect.
 d vt titulo de iure personarum apud Iustin.
 C e nempe lib. 7. Syntagm. iuris. cap. 1.

CAPVT. II.

Diuisio prima personarum.

PRimam potro constituemus, qua nec
 antiquior sit, diuisionem personarum, a
 sexu, in masculos & fæminas, a & herma-
 phroditos: qui vtrumque sexum habent,
 eiusque appellatione nûcupantur, in quo
 prævalent. b Sunt & ratione vtriusque se-
 xus quidam, qui illis vti secundû naturam
 possunt: alii inualidi: atque isti vel frigidi,
 vel maleficiati, c castrati, Eunuchi, Spa-
 dones. d

SCHOLIA.

a Genes. 1. c. l. in pecudum, de vsur. libr. 22.
 P. tit. 1. §. in pecudum, de rerum diuis.
 b l. quid. m. referunt, 14. de iure codicillo.
 lib. 29. Pan. tit. 7.
 c l. 2. de statu homi. P. §. fin. de iure natura.
 gen. & ciuil. apud Iustin. neque causa sed
 persona succurritur, inquit Papinian. que
 meruit præcipuum fauorem. l. ex pluribus,

a Genes. c. 1. ca. hac imago, 13. 33. 9. 5.
 b l. quaritur, 10. de stat. hom. Pand. l. sed est
 questum, 6. §. si. de liber. & posthu. lib. 28.
 titul. 2. l. repetundarum, 15. de testib. lib.
 E 22. Pandect. tit. 5. can. 3. si testes. §. herma-
 phroditus, 4. 9. 3.
 c c. 1. 2. 3. & toto tit. de frigi. & malef. lib. 4.
 tit. 15. l. in causis. de repudiis. li. 5. C. 11. 17.
 d can. si quis absiderit, can. hi qui se 55. dist.

Ff 2